

per hunc in invisibílium
amórem rapiámur. Et ídeo cum
Angelis et Archángelis, cum
Thronis et Dominatióibus,
cumque omni militia cæléstis
exércitus, hymnum glóriæ tuæ
cánimus, sine fine dicétes:

made visible draweth us to love
what is invisible. And therefore
with Angels and Archangels, with
Thrones and Dominations, and with
all the hosts of the heavenly army
we sing a hymn to Thy glory,
evermore saying:

Communicantes for Christmas

Communicántes, et diem
sacratíssimum celebrántes, qua
beátæ Mariæ intemeráta virginitas
huic mundo édidit Salvatórem: sed
et memóriam venerántes, in primis
ejúsdem gloriósæ semper Virginitas
Mariæ, Genitrícis ejúsdem Dei et
Dómini nostri Jesu Christi: sed et . .

Communicating, and keeping this
most holy night in which the
spotless virginity of blessed Mary
brought forth a Savior to this world;
and also reverencing the memory
first of the same glorious Mary, ever
Virgin, Mother of the same God our
Lord Jesus Christ: as also . . .

Communion ☐ Zacharias 9. 9

Exsúlta, filia Sion, lauda, filia
Jerúsalem: ecce rex tuus venit
sanctus, et Salvátor mundi.

Rejoice greatly, O daughter of Sion,
shout for joy, O daughter of
Jerusalem: behold thy King comes,
holy, the Savior of the world.

Postcommunion

Hujus nos, Dómine, sacraménti
semper nóvitas natális instáuret:
cujus Natívitatis singuláris
humánam répulit vetustátem.
Per eúmdem Dóminum . . .

Let the newness of this Sacrament,
O Lord, ever restore us on the
birthday of Him whose wondrous
birth revived mankind grown old.
Through the same Lord . . .

Commemoration of St. Anastasia

Satiásti, Dómine, famíliam tuam
munéribus sacris: ejus,
quæsumus, semper interventióne
nos réfove, cujus solémnia
celebrámus. Per Dóminum
nostrum . . .

Thou hast satisfied, O Lord, Thy
household with holy gifts: refresh
us always, we beseech Thee, by
the intercession of her, whose feast
we celebrate. Through our
Lord . . .

Saint Rose Latin Mass Propers

The Nativity of Our Lord – The Second Mass at Dawn

Introit ☐ Isaias 9. 2, 6

Lux fulgébit hódie super nos:
quia natus est nobis Dóminus;
et vocábitur Admirábilis,
Deus, Princeps pacis, Pater
futúri sæculi; cujus regni non
erit finis. *Psalm.* Dóminus
regnávit, decórem indútus est:
indútus est Dóminus
fortitúdinem, et præcínxit se.
Glória Patri . . . – Lux fulgébit
hódie super nos . . .

A light shall shine upon us this day:
for the Lord is born to us: and He
shall be called Wonderful, God, the
Prince of Peace, the Father of the
world to come: of whose reign there
shall be no end. (*Ps. 92. 1*). The Lord
hath reigned, He is clothed with
beauty: the Lord is clothed with
strength, and hath girded Himself.
Glory be to the Father . . . – A light
shall shine upon us . . .

Collects

Da nobis, quæsumus,
omnípotens Deus: ut, qui nova
incarnáti Verbi tui luce
perfúndimur; hoc in nostro
respléndeat ópere, quod per
fidem fulget in mente. Per
eúmdem Dóminum . . .

Grant us, we beseech Thee,
almighty God, that we on whom the
new light of Thine Incarnate Word
is poured, may show forth in our
works that brightness, which now
doth illuminate our minds by faith.
Through the same Lord . . .

Commemoration of St. Anastasia

Da, quæsumus, omnípotens
Deus: ut, qui beátæ Anastásie
Mártyris tuæ solémnia cólimus,
ejus apud te patrocínia
sentiámus. Per Dóminum
nostrum . . .

Grant, we beseech Thee, almighty
God, that we who devoutly keep the
Feast of blessed Anastasia, Thy
Martyr, may feel the effects of her
pleadings with Thee. Through our
Lord . . .

Epistle ☐ Titus 3. 4, 7

Caríssime: Appáruit benígnitas
et humánitas Salvatóris nostri
Dei: non ex opéribus justítiæ,
quæ fécimur nos: sed secúndum

Dearly beloved, the goodness and
kindness of God our Savior
appeared: not by the works of
justice which we have done, but

suam misericórdiam salvos nos
fecit per lavácrum
regeneratiónis et renovatiónis
Spíritus Sancti, quem effúdit in
nos abúnde per Jesum Christum
Salvatórem nostrum: ut
justificáti grátia ipsíus, herédes
simus secúndum spem vitæ
ætérnæ: in Christo Jesu Dómino
nostro.

according to His mercy He saved
us by the laver of regeneration and
renovation of the Holy Ghost,
whom He hath poured forth upon
us abundantly through Jesus Christ
our Savior: that, being justified by
His grace, we may be heirs
according to hope of life
everlasting: in Christ Jesus our
Lord.

Gradual ☩ Psalm 117. 26, 27, 23

Benedíctus qui venit in
nómine Dómini: Deus
Dóminus, et illúxit nobis. A
Dómino factum est istud: et
est mirábile in óculis nostris.

Blessed be He that cometh in the
Name of the Lord: the Lord is God,
and He hath shone upon us. This is
the Lord's doing: and it is wonderful
in our eyes.

Allelúia, allelúia. Dóminus
regnávit, decórem índuit:
índuit Dóminus fortitúdinem,
et præcínxit se virtúte.
Allelúia.

Alleluia, alleluia. (*Ps. 92. 1*) The
Lord hath reigned, He is clothed with
beauty: the Lord is clothed with
strength, and hath girded Himself
with power. Alleluia.

Gospel ☩ Luke 2. 15, 20

In illo témpore: Pastóres
loquebántur ad ínvicem:
Transeámus usque Béthlehem, et
videámus hoc verbum, quod
factum est, quod Dóminus
osténdit nobis. Et venérunt
festinántes: et invenérunt
Maríam, et Joseph, et infántem
pósitum in præsépio. Vidéntes
autem cognovérunt de verbo,
quod dictum erat illis de púero
hoc. Et omnes, qui audiérunt,
miráti sunt: et de his, quæ dicta
erant a pastóribus ad ipsos. María
autem conservábat ómnia verba

At that time the shepherds said
one to another: Let us go over to
Bethlehem, and let us see this
word that is come to pass, which
the Lord hath showed to us. And
they came with haste: and they
found Mary and Joseph, and the
Infant lying in the manger. And
seeing they understood of the
word that had been spoken to
them concerning this Child. And
all that heard wondered: and at
those things that were told them
by the shepherds. But Mary kept
all these words, pondering them in

hæc, cónferens in corde suo. Et
revérsi sunt pastóres
glorificántes, et laudántes Deum
in ómnibus, quæ audierant, et
viderant, sicut dictum est ad illos.

her heart. And the shepherds
returned, glorifying and praising
God for all the things they had
heard and seen, as it was told unto
them.

Offertory ☩ Psalm 92. 1, 2

Deus firmávit orbem terræ, qui
non commovébitur: paráta
sedes tua, Deus, ex tunc, a
sæculo tu es.

God hath established the world,
which shall not be moved: Thy
throne, O God, is prepared from of
old: Thou art from everlasting.

Secret

Múnera nostra, quæsumus,
Dómine, Nativitátis hodiérnæ
mystériis apta provéniant, et
pacem nobis semper infúndant: ut,
sicut homo génius idem refúlsit et
Deus, sic nobis hæc terréna
substántia cónferat, quod divinum
est. Per eúndem Dóminum . . .

May our gifts, we beseech Thee, O
Lord, prove worthy of the Mysteries
of this day's Nativity and ever shed
forth peace upon us: that, as He Who
was born as man, shone forth also as
God, so may these things of earth
bestow on us what is divine.
Through the same Lord . . .

Commemoration of St. Anastasia

Accipe, quæsumus, Dómine,
múnera dignánter obláta: et beátæ
Anastásiaæ Mártyris tuæ
suffragántibus méritis, ad nostræ
salútis auxiliúm proveníre concéde.
Per Dóminum nostrum . . .

Graciously accept our offerings, we
beseech thee, O Lord, and grant that,
by the merits and intercession of
blessed Anastasia, Thy Martyr, they
may prove a help to our salvation.
Through our Lord . . .

Preface of the Nativity

Vere dignum et justum est,
æquum et salutáre, nos tibi
semper, et ubique grátias ágere:
Dómine sancte, Pater
omnípotens, ætérne Deus. Quia
per incarnáti Verbi mystérium
nova mentis nostræ óculis lux
tuæ claritátis infúlsit: ut, dum
visibíliter Deum cognóscimus,

It is truly meet and just, right and
for our salvation, that we should at
all times and in all places give
thanks to Thee, holy Lord, Father
almighty, eternal God: for through
the Mystery of the Word made
flesh, new radiance from Thy glory
hath so shone on the eye of the soul
that the recognition of our God